

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae XIV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

cum domum redissem, et nummos admonitus. Vale. Pridie Idus ac librum sumpsissem, amore tui lun. MDXXXII.

EPISTOLAE XIV.

ARGVMENTVM.

Familiariter et iocose Trebatium, qui litteras nullas miserat, obiurgat. Eodem fortasse anno.

EXPLANATIO.

Chrysippus] Architectus. lib. 14. ad Attic. epist. 9.

Cyri] Et hic libertus fuit ab architectura nobilis: de quo lib. 2. ad Attic. epist. 3. et lib. 2. ad Q. Fr. epist. 2. hic obiit eo anno, quo P. Clodius occisus est, ipsumque Clodium et Ciceronem reliquit heredem: ut ex orat. pro Milone c. 17. 18. intelligitur.

Libertus] Ergo et Cyrus Vettius, a quo nomen Chrysippus acceperat.

Scribere] Videtur loqui simpliciter; sed, ut solet, per iocum unico verbo duas res attingit. simul enim de iurisconsultorum seripione significat: quod sequentibus verbis ostenditur. et Pomponius L. 2. §. 47. D. de orig. iur. *Plerumque, ait, iudicibus aut ipsi scribebant, aut testabantur, qui illos consuluerant.* Pro Murena c. 9. *Hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cauendi.* scribebant formulas sponsonum, stipulationum, actionum, testamentorum etiam. Nam lib. 2. de Orat. c. 6. *Si, inquam, Scaeuola, nullum erit testamentum recte factum, nisi quod tu scripseris, omnes ad te ci-*

ves cum tabulis veniemus, omnium testamenta tu scribes vnus. Est igitur, ut cauere, sic scribere, iurisconsultorum.

Te aduocato] Alibi *aduocatus* est is, qui praelentiam, ut ait Alconius, reo commodat: hic est is, qui per formulas, praescripta litigandi forma, cauet iis, a quibus consulitur. vnde illud epist. 10. *Tu in re militari multo es cauior, quam in aduocationibus.*

Causa cadent] Litem amittent. qui enim scriptis tuis freti litigabant, cadebant causa. nunc id non accidet: quia, si scribere oblitus es, nemo tuis in sua re scriptis utetur.

Aestiurorum timor] Timor futuri belli, quod aestate renouabatur.

Debilitat] Sic afficit, ut litteras ad amicos mittere non possis.

Aliquid excogita] Caue tibi quoquo modo ab armorum periculo, ut cauisti ab esedariis Britannicis, cum in Britanniam transire noluisti.

Beneuolentiae] Cuius iura postulabant, ut amicos de rebus nostris nos ipsi certiores faciamus.